



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermo Martini Lutheri de praeparatione ad moriendu[m]

Luther, Martin

Lipsiæ, 1520

VD16 L 6500

Decimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33397

DECIMO. Oportebit te mortem ipsam intueri aut recogitare, non in seipsa, neque in te, aut tua natura, neque in ihs qui vlciscēte ira dei sunt interēpti, quos ipsa mors superauit, alioquin cum ipsis viceris & damnaberis sed oculos, cogitatiōes cordis, & omnes sensus tuos violenter ab eiusmodi imaginib⁹ auertere, mortemq⁹ fortiter ac solitarie intueri in ihs dumtaxat qui in gratia dei e viuis excesserunt & mortem ipsam deuicerūt, in Christo precipue, deinde in vniuersitatis sanctis eis. En tibi hāc imaginem, in qua tibi mors neque paurore neque terrorem inquietet, immo despacta erit & de medio sublata, atq⁹ in ipsa vita strangulata & deuicta. Nihil enim aliud Christus est, q̄ omnimoda vita, itidem q̄ sancti eius. Quanto p inde intimius ac firmius eam tibi imaginem imprimet & intueberis, tanto magis simulacrum mortis decidet, vltro q̄ euaniendum fiet sine omni vellicatu & cōpugnatione, sicc⁹ cor tuū pacatum erit, ut queat cum Christo & in Christo fortiter mori, put in Apocalipsi scribit: Beati mortui qui in dñō moriuntur. Id p̄figuratū est Numerorum xxi, vbi filii Israel morsibus ignitorū serpentiū vexati, nequaq⁹ cū ipsis serpentib⁹ digladiabantur, sed mortuū & æneum serpentem intueri habebāt, tum viui vltro decidentes euanescebāt. Ita oportebit te sola Christi morte occupatū esse, tū vitā es inuentur. Quod si intueberis alibi mortē, tum occidet te, magna cū inquietudine & pena. Ob id Christus dicit. In mūdo (qui etiam in nobis intelligit) pressurā habetis, in me autem pacem.

VNDECIMO. Itidē p̄ctū intuearis oportet, nō in p̄corib⁹, neque in cōsciētia tua, neque in ihs qui in pctis finaliter p̄seuerātes dānati sunt, alioqñ p̄culdubio supaberis, & illo pariter migrabis, sed amoueras inde cogitationem, ipm⁹ nō nisi in Imagine gratiæ spectes, eandē totis viribus tibimet imprimente, ac præ oculis habendo. Porro effigies gratiæ nihil est aliud, q̄ Christus in cruce & omnes sancti eius. Quoniam modo hoc intellexi